



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Alii calceos agnoscunt, sed sunt in multiplici differentia circa vocem, quæ calceos notaret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

bus suis ad Danielelem dedit: Tunc viri hi ligati sunt cum chlamydibus suis, femoralibus suis, pileis suis & vestibus suis. Etiam vir illustris

Grot. in
h. l.

Bux. in
Lex. Hebr.

Hugo Grotius nullam harum vocum de calceis explicavit. Quomodo & magnus Buxtorfius nulli horum vocabulorum significationem dedit calceorum: סרבלין enim dicit esse chlamydes, פליש pallia, פליש subligaculum, femorale, פלודא פלודא paludamentum, tegumentum, לביש indumentum, vestimentum. Ubi illud omnino non possum capere, quomodo vir magnus, qui סרבלין chlamydes, פליש pallia dicit, פלודא velit esse paludamentum. Id enim si verum foret hi viri vestiti fuissent chlamydibus, femoralibus & paludamentis. Alii vero de calceis etiam cogitarunt. Sed hi sunt in varia atque multiplici differentia quodnam vocabulum calceos notet.

Hieron.
Comment.
in Dan.

סרבלין quibusdam significant מעלין calceos, ut observat Saadias. Tradit Hieronymus Symmachum vertisse ἀναξυγίδες: qua voce quidem auctoribus probat braccas & femoralia significari, quomodo & apud Suidam

Suidam & Hesychium synonyma sunt ἀναξυρίδες, φιμινάλια, βράκια, sed quam alii pedum tegumenta volunt. Hesychius: ἀναξυρίδες τὰ βαδέα καὶ βασιλικά ὑποδήματα. Pollux: τὰ ἢ πέλυντρα εἶδ' ὑποδήματα, ὡς περὶ τὰ πόδια, ἃ ταῦτα ἦν ταῖς ἀναξυρίσιν, ὡς σκελέας ἔνιοι ὀνομάζουσι.

Pollux
lib. 7.
cap. 22.

At Lutherus ἰσθῆν *schuhen*, *calceos* vertit, quem secutus est in sua Expositione vocum Chaldaicarum vir summus Johannes Coccejus, licet *femoralia* reddiderit in ea versione quam in Observationibus ad Danielem dedit. Theodotion vero, cuius est Danielis Græca interpretatio, דַּעֲיִן מִיָּדָיִם, & Vulgatus *calceamenta*. Quæ quidem diversitas dubium omnino reddit & incertum, quodnam ex his vocabulis *calceos* significet.

III. Ego & illos errare arbitror qui nulli horum vocabulorum significationem *calcei* tribuerunt, & plerosque eorum, qui, ut in re incerta conjectantes, vel hoc vel illud ea notione sumpserunt, & has voces non alia ratione distinguendas quam ut דַּעֲיִן sint